



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. A. Tractatvs De Privilegiis Ecclessiae**

**Zanchi, Lelio**

**Veronae, M. D. LXXXVI.**

Octuagesimum Secundum Priuilegium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](#)

- 1 Princeps potest rem Ecclesia per permutationem acquirere data re meliori vel æquali
- 2 Concessiones factæ ab antecessore in damnum Ecclesiæ possunt reuocari.
- 3 Mentio in iure canonico de Principe, intelligitur de Pontifice Maximo.
- 4 Papa Paulus III. permutoit statum Camarini in Parmam, & Placentiam.
- 5 Verbum de Principe intelligitur de Imperatore.
- 6 Imperator non potest de rebus Ecclesiæ etiam temporalibus disponere.
- 7 Imperator catholicus non est præsul, sed filius Ecclesiæ.
- 8 Benefacienti benefacere de omni æquitate, & iure statutum est.

### Octuagesimum Secundum Priuilegium.

**E**CCLESIA gaudet priuilegio. † Quod Princeps potest rem Ecclesiæ per permutationem acquirere data re meliori, vel æquali. Vnde quæsum fuit, in Cœilio. Vtrum Ecclesia posset rem immobilem permuteare cum Princeps? Statuit Concilium, quod si Princeps uoluerit permuteare rem immobilem, cum sanctis locis, & ab eis rem aliam accipere, & de communione voluntate permutationem facere hoc licitum sit, dummodo causa rationabilis hoc expostulat, & res quam Princeps præstiterit maior fuerit, vel saltem æqualis, c. i. de rer. permut. Ratio fuit hæc. Dummodo causa rationabilis exposcat, id est ut utilitas Ecclesiæ in hac permutatione procuretur. Alias non debet fieri. Et quod ita res se habeat, habetur in c. 2. eo. ti. † Quod concessiones factæ ab antecessore in damnum Ecclesiæ, poterunt reuocari a successore. Dummodo igitur Ecclesia non ledatur Princeps potest rem suam immobilem cum re Ecclesiæ permuteare. Et hic ualde considerandum casum notabilem, in quo fit permutatio cum Ecclesia cessante necessitate, & utilitate, ipsius satis enim est, quod Ecclesia non deterioretur. Hoc est in dictum in favorem Principis. Sed de quo Princeps intelligunt

gunt Doctores de Principe, id est Imperatore. Sed animaduer-  
 3 teidam est, quod superius deduxi, uidelicet, quod. † quando  
 fit mentio in iure canonico de Principe, intelligitur de Ponti-  
 ce Maximo. Qui cum sit Dominus Ecclesiasticarum rerum, non  
 habet locum permutatio respectu eius personae. Et si diceretur  
 4 quod. † Papa Paulus III. Permutauit statum Camerini cum  
 statu Parmæ, & Placentiæ. Fuit in euidentem utilitatem Eccle-  
 siaz. Cum statu Camerini Affixus in corde status sedis Aposto-  
 lica sit. Et cum status Parmæ, & Placentiæ sit quasi sub regimi-  
 ne Regis Hispaniarum. Vnde uirtus Ecclesiaz satis per testes  
 fuit probata. Ideo permutatio locum habuit. Quidquid igitur  
 fecerit de iure facere potuit. Et in isto casu de quo verba facio-  
 5 intelligitur † de Principe. Id est Imperatore cui conceditur  
 hoc. Quia ipse muniuit Ecclesiam multis Priuilegiis. Ideo  
 non fuit magnum hanc compensationem ei tribuere, glos. in  
 6 Clemen. unica de baptism. verè. † Tamen Imperator non po-  
 test de rebus Ecclesiaz etiam temporalibus disponere contra  
 voluntatem Ecclesiaz. Ratio enim haec est. Quia ex illa donatio-  
 ne qua Imperator se & sua donauit, & subiecit Ecclesiaz, cum  
 omnibus satrapis, & uniuerso Senatu factus est filius Ecclesiaz.  
 7 Si enim † Imperator catholicus est quod (salua pace eius) dicit  
 non presul Ecclesiaz, sed filius. Et quod ad religionem competit  
 discere ei conuenit, & non docere, c. si catholicus. 96. dist. Non  
 8 est ergo mirum, quod Ecclesia uoluerit fauere filio suo. † Cum  
 de omni æquitate, & iure statutum sit benefaciens, beneface-  
 cere. Ideo ei permittitur permutatio modo de quo supra in  
 d.c.i.de uer.permut.

## S U M M A R I U M.

- 1 Arbitri dicuntur Indices qui assumuntur ad contentiones sedandas.
- 2 Arbitri in dispari numero eliguntur.
- 3 Arbitris discordantibus statutus maioris partis sententiae.
- 4 Arbitrum unum, vel tres elegant ad disiniendam questionem.
- 5 Res sunt futurae sine exitu propter naturalem hominum ad dissidentium facilitatem.
- 6 Arbitri duo electi eorum arbitrium tenet.
- 7 Arbitri tres electi sententia duorum valet praesente tertio dissentiente secus eo absente quia sententia non ualeat.
- 8 Arbitrorum species sunt duas, id est iuris, & qui à partibus eliguntur.

Ee qui

- qui propriè non sunt arbitri, sed communes amici.
- 9 Arbitriiuris assumuntur ex necessitate: alij ex nuda partium uoluntate.
- 10 Arbitrum, & inter arbitratorem est differentia. Arbiter de iure: Arbitrator de iure, & de facto.
- 11 Arbiter Monachus eligi non potest sine utilitate monasterij, & consensu Abbatis.
- 12 Arbitri sententia emologatur, & approbatur taciturnitate decem dierum.
- 13 Arbiter non potest ferre sententiam in Ecclesia sicut nec Iudex.
- 14 Arbiter si est excommunicatus non potest esse arbitrus.
- 15 Excommunicatus non potest esse procurator nec officium arbitratoris assumere.
- 16 Arbitrus laicus in re spirituali esse non potest.
- 17 Laico causam spiritualem Papa solus committere potest.
- 18 Arbitri clericus, & laicus simul possunt eligi.
- 19 Laicus potest esse auctor iudicis Ecclesiastici.
- 20 Arbitrus & arbitrator an pro bono pacis possint dare de iure unius alteri?
- 21 Lucratur qui à lite recedit.
- 22 Arbitrus postquam pronuntiavit an possit mutare sententiam suam?
- 23 Arbitri suspecti, & multum remouli non est facienda electio.
- 24 Compromissum debet fieri ex libera uoluntate.
- 25 Arbitri non sunt compellendi ad accipiedum: at postquam acceptauerint compelluntur pronuntiare.
- 26 Arbitros eligere in certis causis statutum disponit: statutum est pars iuris ciuilis.
- 27 Arbitri iuris nunquam assumuntur nisi in casibus à iure expressis.

### Octuagesimum Tertium Privilegium.



1 C C L E S I A gaudet privilegio, † Arbitri dicuntur Iudices. Quia assumuntur ad contentiones, sed das. Vnde statutum fuit, ut † Arbitri in dispari numero elegantur, & † eis discordantibus statutum sententia maioris partis. Ex Africano Concilio fuit ita terminatum. Ut † si quæstio verteretur inter Episcopos, & ipsi uoluerint eligere arbitros. Aut unum elegant, aut tres quorum trium, aut duorum sententiam